

præstantiorem, & in illa perpetua conuersione  
firmiorem, hæc disciplina, quàm cæteræ comple  
ctitur Propter hanc causam qui hac ratione mū  
dum contemplatur, non solum in Dei cognitio  
nem facilius uenit, sed sui ipsius: quod illi prisci  
Philosophi plurimū faciebant. Nullum enim a  
liud est Dei opus, quod ubique, & semper tam  
excellenti ratione omnibus pene nostris sensi  
bus pateat, & sui factoris sapientiam prædicet,  
quàm hoc Mundi ornamentum, & hæc rerū om  
nium vniuersitas. Quæ nos quoque nobis pe  
ne ob oculos per speculum ponit. Nihil enim  
aliud est homo, ut Græci uoluerunt, quàm  
*μικρόκοσμος*. Hanc autem rem cum sine controuer  
sia Christophorus Clavius nostræ tempestatis  
mathematicorum Princeps ita tractet in suis  
commentarijs in Sphæram Ioannis de sacro Bo  
so, ut nihil addi posse uideatur ( ut Roma testa  
tur, quæ iam ter, uel quater illos impressit) mihi  
faciendum existimaui, ut hic quoq; Venetijs eorū  
dem nouis figuris, & diligenti correctione meis  
typis imprimendos curarem, & tali viro illos  
consecrarem, qui tum alijs, tum hoc studio, tum  
uita & moribus iā in numero Heroū, & Semideo  
rum sit collocatus. Ex omnibus autem, qui in  
mentem